UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Mysia superior.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

LIS, *vne partie de la haute Hongrie.*	Dociraua: *Hunguuar.* Triſſum: *Agria.* Parca: hodie *Poltar*, ad lacum ex quo prodit Fl. *Ypol*, qui poſtea cadit in Granum.
PARS AVSTRALIS, *vne partie de la haute Hongrie.*	TRANSACINCVM, vbi Equitum ala, ad Barbarorum impetus, aut coërcendos, aut præueniendos: hodie vulgò creditur *Peſt*; quia Aquincum eſt *Buda*. Parthiſcum: hodie *Bath-Monſtor.* Romulianum vbi Galeni Imperatoris ſepultura: ita dicta vrbs à Romulâ eius matre; ad Tibiſcum Fluuium ſita eſt, & à quibuſdam creditur *Azomſal.* Singidonum: *Seged*, vbi Mariſcus Fl. in Tibiſcum cadit.

§. 3. *Myſia, ſeu Mœſia.*

NVM. I. *Myſia ſuperior.*

DARDANI *partie Meridionale de Seruie, & vne partie de Bulgarie.*	NESSVS, Zoſimo Naſſos, Niſum Curopalatæ, hodie *Nyſſa* in Seruiâ. Scupi, & Scuppi: hodie *Scopia*, ſeu *Vſchup*, Gallicè *Vſcopie.* Arrhibantium: *Vuuziterno* Lazio. MONS SCODRVS Ptol. Scardus Straboni, Codrus Liuio; hodie *Marinay.* Dardaniæ vrbis meminit Tzetzes in Lycophronem, ſed commentum Græculi hominis exiſtimatur.
TRICORNESII *la partie Meridionale de la Raſcie.*	TRICORNIVM, Antonino Turium, aut Dorium, Lazio *Coraſceue*, Nigro *Columbatz.* VIMINATIVM, Biminatium Procopij, fortè eadem cum Inſulâ Viminacio, cuius meminêre Paulus Diaconus, & Niceph. Calliſtus. Niger putat hodie *Vidino* dici ad Danubium, Lazius *Vuucziderna.* Tanatis: *Terriana* Nigro. Eteta: *Rocana* eidem.
TIMACI	Timacum fortè ad Fl. cognominem, cuius meminit Plinius: *quid ſit vterque ignoratur*, ſed in Myſia

ſuperiore collocantur.

partie de Seruie, & de Bulgarie.

Orrea, ſeu Orrhea, quam Anton. Horreum Margi vocat; fixa erat ergo ad Fl. Margum.

Margum oppidum, & Murgum vbi Carinus Imperator occubuit, Planum cognominatum inter Viminatium, & Aureum montem: *omnino periit.*

Vendonis: fortè hodie *Vidino* Mediterranea.

MYSI *partie de Raſcie, & de Bulgarie le long du Danube.*

RETIARIA Myſorum cognominata, apud Anto. Legio XIV. *Reſſana* Lazio, *Nicoboli* Nigro.

VLPIANVM, reſtauratum à Iuſtiniano Imperat. inquit Procop. 4. de Ædif. & ab eo dictum Iuſtiniana Secunda: *Pyrothij* hodie.

Velanis, vel Vellanis: *Larzij* Lazio dicitur.

NVM. 2. *Myſia inferior, ſeu minor Scythia.*

SCYTHÆ *la partie de la Bulgarie vers les emboucheures du Danube.*

TOMI: Ptol. & aliis vulgò, Τόμις Strab. Τόμευς Stephano, exilio Naſonis celebris: Nigro *Conſtantia* dicitur, Cælio Calcagnino *Tomeſuar*, nomine non abludente. Ciofanus tamen hodie *Kiouiam* appellari contendit ob lacum vicinum *Ouidoune-Iezero*, hoc eſt *lacus Ouidij*. Hanc vrbem alluit Fl. Naxius, vt vult Ælianus, quem aliqui putant dictum etiam Abſarum, & Ægialium, & hîc credit Arrianus in Periplo Euxini, Medeam fratrem ſuum diſcerpſiſſe, vnde vrbi nomen inditum.

CALLATIA Ptol. Callacis Anto. Calatis Strab. & Plin. Arriano Callantra: hodie *Kilia* Lazio, Nigro *Pandalla*.

Dionyſopolis, antea Crunnos dicta, *Varna* Iouio, *Chaliacra* Lazio; ſita eſt ad Fl. *Ziram*.

ISTROPOLIS, Iſter, & Iſtria, Hiſtorium fortè Antonini, eius incolæ Iſtriani: Nigro *Groſſea* eſt, Caſtaldo *Strauico*.

Tibiſca: *Sophia* Nigro dicitur.

Nouiodunum, Nouidunum Amm. quod collocat in Grutingis, vbi Danubius in oſtia effunditur: ibi Ant. legionem 2. Herculiam locat, lib. Not. 1. Iouiam; *vbi fuerit ignoratur.*